

## Band IX., Nr. 3982, Seite 362-363

*Das Stadtgericht in Mengen beurkundet auf Grund des von ihm gefällten Urteils die Rechte des Klosters Beuron an dem Gericht in Schwandorf.*

Mengen, in der Gerichtslaube, 1290. April 20.

In nomine domini. Amen. Universis presens scriptum intuentibus H. miles de Heitelingen<sup>1</sup> advocatus consules iudices in Meingin iurati salutem et notitiam subscriptorum. Cum omnia sint hominum tenui pendentia filo [et subi]to casu que valere ruant,<sup>2</sup> [uni]versa igitur negotia que stare cupiunt in statu solido, litterarum testimonio confirmentur. Noverint igitur tam presentes quam posteri, quod inter reverendos in Christo dominum Wol. prepositum de Burain conventumque eiusdem cenobii ordinis sancti Augustini Constantiensis dyocesis ex parte una et Wal. et Eber. fratres dictos de Swendorf ex altera materia litis seu questionis [exorta super] iudicium hominum et bonorum sitorum in villa Swendorf utriusque partis agnita veritate sopita est taliter et decisa, quod predicti [domini prepositus] et conventus in Burain sicut in iudicio nostro Meingin ordine vero et consueto habito sententiando pronuntiavi[mus]<sup>3</sup> . . . omne] iudicium et bona prenotata [ta] c]essantibus et deficientibus Wal. et Eber. fratrum predictorum inquietationibus et impuls[ationibus . . . ] iure quieto et pacifico debeant perpetualiter possidere. Ab omni etiam iure, quod videbatur eis competere super bona prenotata et homines eorundem bonorum, Wal. et Eber. fratres sepedicti penitus sunt exclusi et villici memorate ville Swendorf de banno debent agere seu disponere et de unione, que vulgariter dicitur ainunge, pro voluntatis sue arbitrio, respectum ad prememoratos dominos eiusdem ville sicut protestatur presentibus non habendo. In huius enim rei securitatem hanc cedula[m] nostri sigilli munimine fecimus roborari. Testes sunt hii: H. de Swarzach, F. minister de Kungeseche, Eber. minister de Schcera, C. sutor, Wal. Clingeler, Wern. medicus, Ebelinus dictus Hundubil, Her. Hundubil, Wal. Hundubil, C. dictus Schuheli, H. dictus Ziegeler, Wern. dictus Murer, Ber. dictus Ragir, Arnoldus dictus Sideler et alii quam plures fide digni.

Acta sunt hec in Meingin sub lobio iudicii nostri, anno domini MCCLXXXX., XII. kalendas Maii, indictione III.

---

<sup>1</sup>Wohl Hettlingen, Kt. Zürich, Schweiz.

<sup>2</sup>von omnia bis ruant ein Distichon.

<sup>3</sup>Vgl. vorhergehende Urkunde, WUB, Bd. IX, S. 361, Nr. 3981.

## II

Textabdruck folgt dem Original.

Abhängend stark beschädigtes Siegel der Stadt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Sigmaringen

**Signatur/Titel des Originals:**

FAS (Dep. 39) DS 26 T 2 Nr. 14

**Regesten:**

Mitteilungen Verein Hohenzollern, Bd. 19, S. 211.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Mengen, in der Gerichtslaube

**Ortsindex:**

Beuron Wohnplatz (21033)

Beuron, SIG

Hettlingen, Kt. Zürich, Schweiz

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Königsegg Wohnplatz (19468)

Königsegg, Guggenhausen, RV

Mengen Wohnplatz (21164)

Mengen, SIG

Scheer Wohnplatz (21338)

Scheer, SIG

Schwandorf Wohnplatz (14136)

Schwandorf, Neuhausen ob Eck, TUT

Schwarzach Wohnplatz (21327)

Schwarzach, Bad Saulgau, SIG